



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Doctrina necessaria sit sacerdoti. c. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De nomine & officio sacerdotis

De offi-
cio. cipe. s. beato Petro apostolo & successoribus eius, vt prehabitu
est. **C** Officium autem sacerdotum iuxta sue ordinationis ca-
nonem est offerre, benedicere. c. Perlectis. 23. distin. preesse, pre-
dicare, baptizare. cap. Ecce. 95. distin. ligare, & absoluer. 30. 20.
Quorum remisistis peccata, &c. Et ante omnia laudabiliter
vivere. Exod. 1. Erunt sacerdotes mihi religione perpetua: &
plebibus suis exempla bonorum operum prebere. Deute. 24.
Accipies exemplar a sacerdotibus. s. bene viuendi ne forte eis
euangelicum illud obijciatur: Adhuc cura te ipsum. Luc. 4. &
ne iuxta dictum Apostoli. 1. Cor. 9. Cum alijs bene predicauer-
int, ipsi reprobi efficiantur. Unde audiant beatum August. sa-
cerdotibus dicentem. Vos presbyteri nosse debetis & sepe me-
minisse: quia nos, quibus regendarum aiarum cura commissa est,
pro his, qui nostra negligentia pereunt, rationem reddituri su-
mus. Pro his vero, quos verbis & exemplis lucrati fuimus,
pretium eterne vite percipiemus. Nobis enim a dno dictum
est. Matth. 5. Vos estis sal terre. Quod si populus fidelis cibus
est dei: eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrum
gradum nro gradui scdm, & pene coniunctum esse. Sicut enim
Epi Apolorum in ecclesia, ita nimirum presbyteri ceterorum di-
scipulorum dñi vicem tenent. Et illi tenent gradum summi pa-
storis Aaron, isti vero filiorum eius. Unde oportet vos semper
memores esse tante dignitatis, memores vestre consecrationis,
vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecra-
tionem irritam faciatis, nec manus sacro unguento delibutas
peccando polluatis: sed cordis & corporis munditiam conser-
uantes plebibus exemplum bene viuendi prebentes, his qui-
bus preestis, ducatum ad celestia regna prebeatis.

**Quam necessaria sint sacerdotibus vite probitas,
ac doctrine integritas. Cap. 2.**

Et quia etiam bona vita sola non sufficit ad sacerdotem sine
peritia literarum: quonia imperitus & indoctus non pot
officium sacerdotis recte complere, vt habetur in epistola Be-
lasij Papę, ca. 17. Illiteratos nullus presumat ad clerum pro-
uehere: quia literis carens, sacris esse non potest aptus officij:
ideo bona vita & sana doctrina necessarie sunt Sacerdoti: iuxta
dictum Anacleti Papę, vbi supra, capitu, 10. scribentis. Doceri
omnes

omnes oportet, qui Dñi sacerdotio funguntur: vt et ceteros instruunt, et sibi proficiant. Scriptum est enim Daniel. 12. Qui docti fuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiam erudierunt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates. Et alibi Daniel. 11. Populus autem sciens Deum suum, operibit faciet, et docti populos docebunt multos. Ipsa quoque veritas per se infert, et dicit Luc. 7. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in Deum, qui recte non docet, et qui eius scandalizat episcopatum, vel sacerdotem. **C** Et Augustinus Presbyteri, oportet vos assiduitatem habere legendi, et instantiam orandi: quia viri in se vita lectione instruitur, oratione ornatur: et assiduitate lectionis mundatur homo a peccato, iuxta illum qui dicebat. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccet tibi. Hec sunt enim

Arma
Sacerdotis.

Arma, videlicet lectio et oratio, quibus diabolus expugnatur. Hec sunt instrumenta quibus eterna beatitudo acquiritur: his armis vitia repugnant: his alimentis virtutes nutriuntur. Sed et si quando a lectione cessatur, debet manus operatio subsequi: quia otiositas inimica est anime: et antiquus hostis, quem in lectione, siue ab oratione vacantes inuenerit, facile ad vitia rapit. Per ipsum namque lectionis discetis qualiter et vos viuatis, et alios doceatis. Per ipsum orationis et vobis et his, quibus in charitate coniuncti estis, progredere valebitis. Per manus operationem et corporis macerationem, et vitij alimentis negabitis, et vestris necessitatibus subuenietis, et habebitis vnde necessitate patientibus impeditis. Que autem necessario a sacerdotibus ad discenda sunt, Idem beatus Augustinus docet in quibus. dist. 38.

C Que discere sacerdotes tenentur. Cap. 3.

Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, coputis, canon penitentialis, psalterium homilij per circulum anni dñicis diebus et singulis festiuitatibus apte. Ex quibus oibus si vnus defugerit sacerdotis nomen vix in eo constabit. Quia valde periculose sunt euangelice minime, quibus dñi. Matth. 18. Si cecus cecum ducat, ipse et in foveam cadunt. Debent et sacerdotes non ignorare canones ecclesiasticos, vt habet ex epistola Celestini pape. Ca. 20. Nulli sacerdoti suos licet canones igno-